

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Amsel

**Annus. Iobelaeus. Millesimus. Septingentesimus. Benedictus. Interprete. Georgio
Amseln/ J.U.D. & Comite Palatino Caesar.**

Rostochi[i]: Richelius, [1699]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728903377>

Druck Freier  Zugang



C 9
940

C 9
940

69-940

2°

**ANNUS.
IOBELÆUS.**

MILLESIMUS. SEPTINGENTESIMUS.

BENEDICTUS.

INTERPRETE.

**Georgio Amseln / J. U. D.
& Comite Palatino Cæsar,**

Serenissimo Principi & Domino
DN. FRIEDERICO VVILHELMO,
Dei gratiâ Duci Megapolitano, Principi vetustæ gentis He-
netæ, Sverini & Raceburgi, Comiti Sverinensi, Terra-
rum Rostochii atque Stargardia Dynastæ,
Domino clementissimo

D. D. D.

D. G. Amsel.

EVax, Serenissime! Tibi & Vandalis, ô &
aliis, bona nova! Doceo hîc, ignosce, qvod
inveni, dum scrutatus curiosius, non, qvo-
modò Jupiter Junonem duxerit, sed qvis
exitus malorum desolatissimæ Rosæ tan-
dem nostræ. Io, nova bona! qvæ, patere, Domine, tholo-
appendam pro strena tuo, si grata plurimùm novitas, si
nova talia, qvæ non audisti antè, nec pòst auditurus medius-
fidius, & qvæ divinantibus Musis mecum meis & Apolli-
ne augure: Neq; ultra qvicqvam debes inde, inclyte Heros,
mihi, sed virtuti tuæ, iam ternum illoc nomine a me in la-
crario adoratæ tuo, qvâ & niti voles solùm, & largiris satis,
cùm aliena hæc veluti è longinqvo aspicis modò. Vale.



ANNUS NATIVITATIS CHRISTI DOMINI
MILLESIMUS SEPTINGENTESIMUS

Anagr. pur.

HIC IPSE SALUTIS ANNUS OMNIS INDITI
MALIGNI ET METUS TERMINUS SIT.

MAgnes ab integro seclorum nascitur ordo,
Adsis augurii Phœbus dator, &, pia, Musæ,
Numina, qvæ numeros, qvæ subditis œstra poëtis:
Majus opus moveo, nondum mortalibus ausum,
Nec visum vivis, nec denuò deinde videndum:
Pandite tempa, mares, &, dicite fausta, prophetæ,


Ultima

Ultima Cumæi surgit iam carminis ætas ,
Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan.
Sol, qvi terrarum loca lustras ignibus, euge ,
Lætitia tu signa doce , roseasqve Rosarum
Sedibus inde notas, en formosissimus annus,
En mediâ ridentia iam nunc omnia brumâ ,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo ,
Dicite, io pæan, &, io , bis dicite, pæan.
Speratum, sponsumqve diu : satis, hercle , malorum ,
Sat curis lachrymisqve datum : cui non & avita
Illa Varinorum discrimina nota per orbem ,
Tot belli motûs, qvos, ô , penuria frugum ,
Amborumqve comes pestis, caussata labores.
Heu, qvæ regnorum Magnopolis, addo, Ducatûs
Fluctibus oppressis iam tum , turbatio nixa
Nubila ! qvalibus ipse nigris affectus iniqvè
Et vanùm minitante Boâ ! qvid pluribus autem !
Testor fata Deûm fatorum conscia nostrûm .
Hic finis Varnæ iortis post mille Sophorum
Funera, post varias hominum domuumqve ruinas:
Ultima Cumæi surgit iam carminis ætas ,
Dicite, io pæan, &, iô , bis dicite, pæan.
Salve festa dies, qvà lucis it orbita, festa ,
Et decies denos renovans feliciter annos ,
Et pompæ referens seclaris iubila nobis ,
Laudesqve gratesqve merens, qvæ maxima semper
Duceris nobis, & eris qvæ maxima semper:
Eia sales! ætas salibus peragenda futura ,
Hic labor, hoc sit opus , sit formidatio nulla ,
Desinat anxietas, & terminus esto maligni .
Iam Megalespoleos Reges & vultibus unà
Et, coëant, animis, & foedera foedere firment ,
Et coadunatum FRIEDRICH WILHELMUS habeto
Ruribus imprimis nostris (si consolidatum
Utile, si curæ magis, & commune recline)

Impe-

Imperium, tantis felix & dignus habenis.
Nunc simul ad sese veniant, non bella timentes,
Mutuaqve claustris, hostes, convivia current;
Scilicet ingreditur, qvo de, Maro dixerat, ævo,
Cum canibus timidæ venient ad pocula damæ,
Qvo de, sexcentos ante, clarissimus, annos,
Sic Morlanensis monachus (qvis crederet) orsus:
Imminet, imminet, ut mala terminet, æqua coronet,
Recta remuneret, anxia liberet, æthera donet.
Evœ, Varne, parens, nihil hîc nisi carmina desunt,
Aurea, mutato, redeunt, compendia, mundo,
En postliminio, iugulata credita longum,
Nunc redit & virgo: redeunt Saturnia regna,
Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan.
Summe Deûm suprà, qvi Numine dirigis omne,
Qui, seclum, vis, hoc Rhodiis, Rhodiâqve profectis,
Esse bonum, da, nos, tantæ bonitatis, alumnos,
Dememiniſſe minùs: tibi rerum gratia trino,
Æternumqve tibi mensura gloria itauii.
Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan,
Et lätum cantate choro, nec lingva fileſcat.
Qvaleſ concentūs, avium cùm fortè catervæ
Conſedêre locis, aut qualiter æthere pulchro
Servitiis devota Iovis canit aligerum gens.
Evohe, centenis completus messibus orbis,
Magnus ab integro ſeclorum nascitur ordo,
Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan.
Sed iam versa dies, & Cynthia prodit, & æra
Turribus in ſomnos bombos præiere tonantes;
Claudite nunc Helicona, Dex, cantusqve tacete,
Parcite iam pæan, mea carmina, parcite pæan,
Et formola, qviesce, rosa FRIDERICE WILHELME.

Rostochi,
ipso ſeculi in exortu
imprimebat Jacobus Richelius, Ampliss. Senat. Typogr.



Ultima Cumæi surgit iam carminis ætas,
 Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan.
 Sol, qvi terrarum loca lustras ignibus, euge,
 Lætitiæ tu signa doce, roseasqve Rosarum
 Sedibus inde notas, en formosissimus annus,
 En mediâ ridentia iam nunc omnia brumâ,
 Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
 Dicite, io pæan, &, io, bis dicite, pæan.
 Speratum, sponsumqve diu : satis, hercle, malorum,
 Sat curis lachrymisqve datum : cui non & avita
 Illa Varinorum discrimina nota per orbem,
 Tot belli motûs, qvos, ô, penuria frugum,
 Amborumqve comes pestis, caussata
 Heu, qvæ regnorum Magnopolis, add
 Fluctibus oppressis iam tum, turbatio
 Nubila ! qvalibus ipse nigris affectus in
 Et vanùm minitante Boâ ! qvid pluril
 Testor fata Deûm fatorum conscia no
 Hic finis Varnæ tortis post mille Soph
 Funera, post varias hominum domu
 Ultima Cumæi surgit iam carminis æt
 Dicite, io pæan, &, iô, bis dicite, pæ
 Salve festa dies, qvà lucis it orbita, fe
 Et decies denos renovans feliciter ani
 Et pompæ referens seclaris iubila nob
 Laudesqve gratesqve merens, qvæ m
 Duceris nobis, & eris qvæ maxima se
 Eia sales ! ætas salibus peragenda futu
 Hic labor, hoc sit opus, sit formidat
 Desinat anxietas, & terminus esto ma
 Iam Megalespoleos Reges & vultibus
 Et, coëant, animis, & foedera foedere
 Et coadunatum FRIEDRICH WIL
 Ruribus imprimis nostris (si consolid
 Utile, si curæ magis, & commune rec

